

## Universitätsbibliothek Paderborn

## Theologia Moralis

Antehac Ex Probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann
Coloniae Agrippinae, 1713

Q. 12. Quid præterea notandum sit circa Missas pro stipendio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42624

Lib. VI. Pars II. bet justum, quod lege vel consuetudine est taxatum.

6.5. Si illi, qui Missas petunt, sponte velint dare majus stipendium, frustra prohibebit E. piscopus, ne sic detur, aut à Sacerdotibus acceptetur, dicent enim se non dare vel acceptant velutstipendium pinguius, sed mere ùt aliquid gratis donatum, Pelliz. Lugo, Pafq. q. 929. Et similiter possunt Sacerdores libere acceptare stipendium minus taxato. Id unicum potelt prohibere Episcopus, ne ex pacto plùs exigant Sacerdotes, vel solvant alii, hoc enim unumel contra reverentiam Missa & habet speciema varitiæ, Lugo lupra.

128. S. 6. Sacerdos non ideo potest plùs exigen pro Missa, quòd nunc omnia ad sustentationem necessaria sint cariora, nam etiam pecuniael hocipso carior & rarior secundum Sporer 1. 359. Et saltem praxis ac Episcopi id non per-

"mittunt.

Q. 12. Quid praterea notandum sit circa Missa prostipendio. R. seqq. J. 1. Quamvisn. 50. dixerim probabile esse, quòd Sacerdos possit sibire tinere vel alteri applicare saltem partem fructus specialissimi, tamen celebrans pro stipendio de bet habere talem intentionem, ut velit stipendium danti, hoc applicari, quod ei de jure debetur: Certum autem est, non posse ideo accipere duplicatum stipendium, nam Alex. VIII. damnavithanc 8. prop. Duplicacum stipendium potest Sacerdos pro eadem Missalicité accipere, applicando petenti partem etiam specialisimamsm. ctus ipsimet celebranti correspondentem, idque post Decretum Urb. VIII.

J. 2. Quæ n. 66. & 97. dicta sunt de retinente 130. partem

parter fam, c 9. pro Milla collato tentà.

> alium pendi 820.1 As. I rum 572. quitu non lebre

> > fund

habe

rato puta 976 etia dim ipfi con cati

> mo tan

> noi

101 ctu M

pe

partem stipendii & curante per alium legi Miffam, confirmat idem Alex. VII. damnans hanc 9. prop. Post Decretum Orbani potest Sacerdos, cui Missa celebranda traduntur, per alium satisfacere, collato illi minori stipendio, alia parte stipendi sibi retentà.

Eta-

elint

it E.

eccè-

otare

quid

9. Et

ptare

otelt

igant

melt

em a

igere

onem

niaelt

er n.

per-

Milla

dixe-

bire.

uctus

io de

ipen-

re de-

acci

. VIII.

ndium

re, ap-

mfru

ue post

mente

artem

alium legere Missas, dato solum ordinario stipendio, uti habet declaratio, & notavi L. 4.n. 820.sed hoc potest etiam Capellanus amovibiles. Item ille, cui commissa est celebratio Missarum perpetuarum, Pasq. q. 970. & 973. Gob.n. 572. ubi notat Ecclesiam vel locum, cui relinquitur Missa perpetua, si proprios Sacerdotes non habeat, teneri erigere Sacellanum, qui celebret, tribuendo ipsi totum proventum istius sundationis, eo enim ipso, quòd Sacerdotes non habeat, censetur eligi, ut executor vel procurator.

9.4. Cui datur stipendium pinguius, quia 132. putatur devotiùs celebrare, secundum Pasq. q. 976. non potest Missam alteri committere, etiamsi huic det totum stipendium, nisi impedimentum vel justa causa excuset, quia devotio ipsius quasi in contractum ducta est: si tamen committeret æquè devoto, non videtur peccaturus; aut si etiam alteri non æquè devoto, non esset obligatio restituendi; nec facilè erit mortale, quia hic excessus devotionis non est tanti.

G. 5. Si quis pro Missis dederit stipendia ma- 133. jora, non præcisè intuitu Missarum, sed ex assectu speciali ad hunc Sacerdotem vel ad hoc Monasterium specialiter juvandum in sua paupertate, putant Pasq. q. 976. & Mendo diss. 13.

3 n. 80.

n. 80. Missas posse committi aliis Sacerdotibus pro ordinario stipendio, excessu retento, cum hic non sit species turpis lucri: sed Steph. meritò hoc tantum admittit, si constituens hunc suum

specialem affectum verbis expresserit.

J. 6. Si Cajo incumbat hodie legere Missam, pro qua accipit tres solidos, & petat à Titio, ut pro se legat, spondens se cras lecturum pro Titio, qui pro sua crastina Missa tantum duos solidos accipit, hoc videtur licere, quia in hocht tantum permutatio Missarum & dierum.

S. 7. Qui contra prohibitionem, partem stipendii retinet, & facit Missas legi per alium, peccat graviter vel leviter pro quantitate partium stipendii, quas retinet, éstque probabilius teneri ad restitutionem faciendam illis, qui Milsas legunt, aut saltem qui constituit, uti notat Pasq. q. 969. quia pecuniam acceperat, non ut constitueret Missas pretio, quo posset, sed tantum ut acquireret eam titulo celebrationis, ergo quod retinet, quando non celebrat, retinet fine titulo, ergo injuste; alter autem qui celebrat, hoc ipso habet jus ad stipendium, Du Bois ad prop. damnatas n. 232.

J. 8. Putant Lugo & Aversa q. 11. s. 17. J. fextò; si alter, cui Missa committitur, sit contentus, etiamsi retineatur pars stipendii, nihil peccari, quia sicuti potuit obligationem legendi admittere gratis, ita potest pro minore stipendio:sed rectè monent Diana, Steph.t.5.d.5.n.71. Pasq.q.975. in praxi hoc periculosum esse, nam communiter fiet, ut alteram partem remittat, quia timet, ne in futurum non committantur sibi Missæ, vel videatur ingratus, adeoque po-

tiùs coactè cedit juri suo.

9.9.

9.9

unan

decla

prop.

Stipen

Neque

tamp

pendi

Papa

Colle

dode

fas o

nitu

biliu

cite a

Mem

præj

154.

cerd

una

Miff.

Hen

Add

extr

ex e

pro

tur

lecu

& fi

Mil

fe 1

Itac

plu

om

0.

De Sacrificio Missa. 87

6.9. Quod dictum ett n. 69., non posse per 137. unam Missam satisfieri pluribus obligationibus, declarat idem Alex. VII. damnans hanc 10. prop. Non est contra justitiam pro pluribus Sacrificiis stipendium accipere & Sacrificium unum offerre: Neque etiam est contra fidelitatem, etiamsi promittam promissione etiam juramento firmata danti stipendium, quod pro nullo alio offeram. Possettamen Papa facere, ut additis in una Missa pluribus Collectis satisfieret pro pluribus Missis, supplendo de thesauro Ecclesiæ fructum, qui per Missas obtineretur, & totus per Collectas non ponitur, Pasq. q. 1151. Aversa S. Rursus. Probabilius tamen est, quòd in Missa pro stipendio licitè addatur Collecta pro aliquo alio, sicuti in Memento licitè oro pro alio, hoc enim nihil præjudicat stipendianti, ita plures, cum Gob. n. 154. contra Bonac. & alios.

G. 10. Ordinariè non excusat paupertas Sa-138. cerdotis, ut accipere possit plura stipendia pro una Missa, Gob. n. 568. & doctè Sylvius p. 1. v. Missa casu 2. Nequidem si paupertas sit gravis, Henao à n. 1466. contra Th. Hurt. & Steph. n. 66. Addit tamen Henao à n. 1484. constitutum in extrema necessitate id posse; probatque Steph. ex eo, quia probabile est Sacrificium oblatum pro multis æquè prodesse singulis, ac si offerretur pro unico, sed ratio ista nihil evincit, quia secundum dicta n. 47. hoc valde incertum est, & si verum non sit, probabilitas non faciet, ut Missa ita prosit singulis, ergo Sacerdos exponit se periculo formali desraudandi proximum. Itaque ideo tum licebit; pro una Missa accipere

plura stipendia, quia extrema necessitas facit

omnia communia, & magis convenit, ut acci-

ibus

cùm

eritò

uum

lam,

, ut

Ti-

fo-

ocfit

rtem

m,

par-

ilius

Alif-

otat

n ut

tan-

rgo

fine

hoc

op.

7.6.

en-

ec-

ndi

en-

71.

am

it,

tur

-09

. 9.

piat necessaria ab illis, pro quibus Missam offert, quam ab aliis, in quorum utilitatem nihil tacit.

6. 11. Quamvis multi & graves AA. apud Pasq. q.942. antehac docuerint, si quis accepta. rit stipendia incongrua, minora taxato, non ideo teneri legere tot Missas, sed posse reducere ad numerum taxæ ordinariæ, tamen oppolitum nune tenendum est, secundum dietan. 76. & 91. Imò in dubio, an acceptando decem incongrua stipendia intenderit se obligare ad decem Missas, tenetur ad decem, etiamsi sit pauper, quia per acceptationem jus est aliis acquisitum, & ipse sibi imputet, quòd acceptarit, Pala. q. 943. Aversa S. Quod si, qui addit, quando of. feruntur incongrua stipendia, posse admonere dantem de incongruitate, & sic ex ejus consenfu posse Missas reducere ad taxam ordinariam. Quòd si quis pecuniam acceptarit pro Missis absque præscripto harum numero, satisfacit numerando eas juxta taxam ordinariam stipendii, quamvis in illa regione à quibusdam acceptetur pro Missa stipendium minus taxato, Pasq. q. 944. Similiter si putavit in pecunia data esse decem stipendia, & postea invenit tantùm esse octo, tenetur tantum ad octo Missas, quia non consensit in plures, quam essent stipendia, Pasq. q. 945. Putat tamen Aversa J. Et similiter, admonendum eum, si fieri potest, qui Ripendia dedit. Si verò inscius admiserit monetam adulterinam, vel eo tempore statim ubique decedentem de valore, potest reducere ad numerum justi stipendii.

J. 12. Sacerdos non potest accipere duplex stipendium ex eo, quòd uni applicet Missam,

qui pen tier ten Hin din pot pri COI n. fa, alic CO te 80

alte

ma pe D re fe fe

cer

qu

m Si al tl

id m 12

P

De Sacrificio Misso.

n of

nihil

apud

epta-

non

luce-

poli-

1.76.

n in-

d de-

pau-

quili-

Pafq.

lo of-

onere

nfen-

riam. Missis

stacit

sti-

ıldam

xato,

ia da-

t tan-

iffas,

ot sti-

, qui

none-

olque

d nu

uplex

islam, alteri 89

alteri Indulgentias, v. g. altaris privilegiati, qui enim pro tali Missa vel indulgentia dat stipendium, petit sibi applicari utrumque, sicque tieri judicant omnes communiter, ergo ad hoc tenetur ex fidelitate saltem, Lezana, Steph.n.65. Hinc etiam quando acceptâtti stipendium ordinarium pro Missa, ubi voles, celebranda, non potes petere majus, quia celebrabis in altari privilegiato, applicaturus Missam Defuncto, uti contra Bordon. probabiliùs tenent Tamb. & Gob. n. 511. Si tamen stipendium acceperis pro Misfa, ubi & quando voles, celebranda, & roget te aliquis, ut te obliges ad celebrandum certo loco vel tempore, putant Caram. & Gob. n. 556. te posse pro hac obligatione aliquid accipere, & quidem, si consuetudo non taxarit aliquid certum, quintam partem ordinarii stipendii, quia obligatio & onus illud videtur pretio æstimabile, possuntque videri dictan. 124.

6. 13. Quamvis certum esser ab aliquo non peti nisi unum fructum, v.g. satisfactorium pro Defunctis, & non impetratorium, tamen adhuc recte dicit Pasq. q. 949. illicitum esse acceptare secundum stipendium, nisi forte liberaliter offeratur, quia qui dat ordinarium stipendium, illi debetur uterque fructus, qui saltemejus amicis vel ipsimet aliter proderit, Gob. n. 155. Si tamen convenerit de fructu specialissimo aut alia parte fructus non petiti applicanda tertio, ut ei prosit, quantum potest, posse aliquid ideo sumi, notat Gob. n. 512., dummodo admoneat dantem de incertitudine, an ei profit talis applicatio. Non potest tamen aliquid peti profituctu ex opere operantis, uti contra Con. notant Aversa s. 18. S. imò & Geb. n. 510. Nec

141.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN pro lectione plurium collectarum, nec pro majorijdevotione; quod ultimum, etsi asserant Palud. Silv. Comit., tamen communiter reji-

ciuntur, Pajq. q. 957.

bus Missis acceptare tria stipendia, Pasq. q.906. Aversas. 18. An autem obligatus quotidie celebrare, possit aliquando abstinere, aut quando abstinere potest, si celebret, pro ea Missa acceptare stipendium, dictum est l. 4. à n. 840.

difficiliùs haberi possit, qui legat, v.g. die sestivo, putant aliqui plùs peti posse prostipendio, sed meritò contradicit Gob. n. 509., est
enim species simoniæ & quasi venditio Missæ;
sicuti si majus pretium petatur pro merce, quia
plures sunt, qui petunt, & pauciores qui vendunt.

9. 16. Sacerdotes in diebus illis, quibus te-144. nentur celebrare ratione Beneficii, Capellania vel legati, non possunt acceptare aliud stipendium pro Missa talis diei, uti dictum est n. 92. limitat Barb. De off. Parochic. 11. n. 13., nisi in fundatione expresse ponatur, aut aliunde sciatur, quòd non teneatur Sacrificium applicare Fundatoribus. Quid autem præsumendum sit, si in fundatione Missarum expresse non præscribatur quoties vel ab quam intentionem sit celebrandum, dixil. 4. à n.831. Item an l'arochus possit accipere stipendium pro Missa, quando tenetur celebrare, dixil. 3. p. 1. n. 762. potestque videri etiam Averfa G. Alii, ubi probabiliter docet non semper, quando tenetur celebrare, teneri applicare parochianis.

S. 17. Sacerdos, qui celebrat in quodam

loco,

loco, dium pote tione n. 92 bran mine mult mitte poste hibe idem dele lem, plica Miff nite

possible ration Suppose ration suppo

feu

fere

utic

fella

De Sacrificio Missa.

ma-

ant

e11-

tri-

06.

ele-

ndo

cce-

aut

efe-

en-

Tæ;

jula

en-

te-

niæ

en-

92.

nili

pli-

um

10n

em

Pa-

ła,

62.

ro-

etur

lam

co,

91

loco, v.g. in templo Monialium, si ideo stipendium habeat ab ecclesia vel Monialibus, non potest recipere aliud stipendium pro applicatione talis Missæ, uti à pari colligitur ex dictis n. 92. Si tamen alio titulo obligetur ad celebrandum, v. g. pro ornatu templi vel ut homines Missam audiant, Suar. Vasq. Lugo aliique multicum Pajq. q. 908. & Aversas. 17. S. Admittendum., dicunt pro applicatione talis Missæ posse accipere stipendium, quia hoc nullibi prohibetur, & applicatio mansit ipsi libera. Et idem intelligunt eidem AA.cum Aversa J. Juxta delegente Missam solennem aut conventualem, si simul non obligetur ad alium sinem applicare. Docet tamen rectè Pasq. q. 955. pro Missa, quæ in Confessione imponitur pro pænitentia, non posse accipi stipendium, nisi Confessarius expresse addiderit applicationem fore liberam.

6. 18. Sacerdotem Societatis JESU non posse acceptare pro se vel pro alio stipendium ratione Missarum, quas legit, dixi l. 4. àn. 136. Unde si offeratur pecunia proMissis, potest per Superiores admitti, non cum rigida obligatione, sed ut, v. g. aliquæ Missæspatio medii anni, vel etiam singulis annis una aut altera legatur ex gratitudine & quasi fidelitate, inquit Castrop.t. 16.d. 3. p. 11. n.6., sicque declarasseMutium Generalem testatur Burgh. cent. 3. cas. 25. Item potest pecunia admitti liberaliter & vicisim liberaliter promitti Missæ, ita tamen ut po-Iterior promissio non sit veluti compensatio leu solutio reciproca pro stipendiis, sed ut offerenti significetur admitti titulo eleemosynæ, uti dictum est l. 4. n. 136. Item potest Sacerdos Socie-

146.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN Societatis, cui pecunia offertur pro Missis legendis, dicere offerenti, Missas gratis legendas ad ipsius intentionem, & vicissim rogare ipsum, ut liberaliter applicare velit pecuniam oblatam ad hanc vel istam piam causam, sic enim ipsum, habiturum duplicatum fructum, imprimis ordinarium Missas, non aliter ac si pro stipendio legeretur; deinde etiam cooperationis ad illam

alteram piam causam.

147. J. 19. Quod dictum est n. 67., non posse abique licentia Superioris admitti nova onera Missarum; intelligitur de Missis in perpetuum. Notatque rectè Aversa, si alicui Ecclesia vel Monasterio offeratur certa pecunia cum onere celebrandi, v. g. ad 30. annos tot Missas, non esse aquum, si jam expendatur tota illa pecunia, si successoribus relinquatur solum onus celebrandi, sed saltem pars, qua futuris oneribus respondeat, applicanda erit ad censum, aut asservanda successoribus.

148. G. 20. Docent multi, quòd colligens Missarum stipendia non possit sibi ratione laboris aliquid etiam modicum retinere, sed debere illi ab Ecclesia satissieri: oppositum tamen tenent Sot. Rodriq. Henriq. Vasq. Fill. Fagund. Tamb. Dicast. Pasq. q. 977. Administratores autem Ecclesiarum nihil possunt ex stipendiis deputatis ad Missas retinere ratione expensarum pro ipsismet Missis, nisialiunde non haberent: & tum non licet, nisi quantum postulant expensa, relicto adhuc Missarum sundatarum numero, uti dictum est n. 95.

G. 21. Si moriturus determinarit pro se legi, v. g. 100. Missas, sed nihil statuerit de quantitate stipenda, hæres tenetur ad justum stipen-

-prace

dium,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK dium ait So ti, qu flipe dubi Defi gare

proeft p
fi eft
fing
ad l
fun
tem

Oc feg

nis

97

cur

verrice gio de tu

da fei cti

pe ha pr dium, non indignum qualitate Defuncti, utl ait Schild. t. 7. c. 4. g. 2. Quòd si hæres Sacerdoti, quem putabat probum & sidelem, solverit stipendium pro Missis legendis, licèt postea dubitet, an eas legerit, viderur satisfecisse, quia Desunctus censendus est tantum voluisse obligare ad dandum stipendium & curandum prudenter, quantum in se est, ut Missa sierent, Bardi, Schild. suprà.

procurator, tradere debet, quidquid legatum est pro largiori stipendio Missarum; E contrà si esset verè legatarius, legans, qui voluit, v.g. singulis mensibus pro se unam Missam legi, & ad hoc destinavit stipendium supersuum, præsumitur erga legatarium exercuisse liberalitatem & & donationem, hinc secundum Pasq. q. 971. satisfaciet, si minore stipendio Missas procuret. Videri potest Pasq.à q. 978. usque ad 1116., ubi plura habet de legatis Missarum. Occasione autem hic dictorum resolvuntur

seqq. casus.

le-

das

um,

am

ım,

or-

dio

am

osse

um. Io-

ceesse

,&

ele-

al-

iffa=

oris

bere

te.

ımb.

Ec-

tatis

pro

: 82

niæ,

ero,

ele-

uan-

pen-

um,

nis voluit sundari in perpetuum Missam anniversariam pro se in Monasterio aliquo: superior Monasterii re malè intellectà indixit Religiosis tot Missas statim legendas, quot respondebant isti pecuniæ; Ouæritur, an hæres teneatur solvere hæc stipendia, & nihil ominus sundare anniversarium. Respondeo 1. Si hæres non secerit legi eas Missas, non tenetur pro eis lectis dare stipendium, sed sibi imputet ille Superior, quòd sine mandato processerit. 2. Si hæres secerit legi, aut, licèt non secerit legi, si pro lectis Missas dare velit stipendia, nihilomi-

nus

Lib. VI. Pars II.

nus tenetur instituere anniversarium, quia ita voluit testator. Nec obstat, quòd utilius esset testatori statim pro eo legi tantò plures Missas, nam hoc dato, non est in potestate hæredis, imò nec semper Episcopi, piam testatoris voluntatem convertere in aliquid etiam evidenter melius, sed sieri debet determinatè hoc, licèt minus bonum, quod testator sieri voluit, uti dixi l. 4. n. 841. & 847., maximè cùm potuerit hoc intendere, tum ad retinendam semper sui memoriam, tum ut secuturis temporibus Missa illa annuè legenda prodesset, si non ipsi, saltem aliis de samilia mortuis aut morituris.

6. 24. Cajus ex legato 100. florenorum tenebatur curare singulis annis Missam pro testatore, & quia id per plures annos non potuit ob bellica tempora, Quaritur, an nunc, dum potest, teneatur facere suppleri anniversaria prætermissa. Respondeo, Gobat tr.3. post n. 636. litt. b. & seqq. negat, 1. quia tale legatum habet se sicuti res locata, uti notant Barb. & alii, si autem res locata nullos afferat fructus, non debetur ulla pensio, ergo. 2. Talis obligatio curandi annuam Missam videtur esse affixa anno, ergo hoc elapso, illa desinit. 3. Talis videtur esse prudens interpretatio voluntatis in testatore, quòd tantùm intenderit obligare ad annua stipendia Missæ, quando ex tali legato provenirent.

153, G. 25. Quando quis à 10. hominibus accepit 10. stipendia, an teneatur sigillatim pro singulis applicare singulas Missas, an verò sufficiatin consuso: Item, an possit in 10. illis Missis applicare singulis decimam partem cujus vis Missas, dicetur n. 209. & 210.

Q. 13,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

quan pendi quan mort fam I cam, attin gund nega pend mor mag mun penc MiffStipe nam valo niam

dedi

ad qu

Led.

cunt

aut diu:

quar

num

tatio

max

num rectè

dicit

tias, p